Michalski Ioannis: Quaestio theologica de concordia liberi arbitrii cum efficacia gratiae divinae.

In Nomine Domini, Amen.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

De

CONCORDIA LIBERI ARBITRII, Cvm Efficacia Gratiæ Divinæ,

Ex Prima Parte D. Thomæ Q. 83. & ex 1. 2dæ Q. 3. desumpta.

Pro Doctoratu, in S. Theologica Facultate obtinendo,

A

M. JOANNE MICHALSKI,

S. Th: Licentiato, Ecclesiarũ Collegiatarum S. Floriani Præposito, & S. Georgii, In Arce Cracouiensi Cvstode, Collegij Vladislauiani Provisore.

Almæ Vniuersitatis Cracouiensis Procancellario,

In Lectorio DD. Theologorum, Pvblicæ Dispvtationi

PROPOSITA.

Anno Dni 1684. Mense Ianuario Die 18 Horâ. 20.

CRACOVIÆ, Typis Vniversitatis.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

V. Liberum arbitrium, quod est indifferentia ad vtrumlibet, non tantùm in DEO, Angelis, & Beatis; ſed etiam in dæmonibus & damnatis exiſtens, poſsit ſtare illæſum cum efficacia gratiæ Diuinæ, nec ne?

CONCLVSIO I.

Datur liberum arbitrium, quod eſt indifferentia ad vtrumlibet.

COROLLARIA.

I. Fatum ineluctabile cui reſiſti non poſſit, (vt Lutherus & Caluinus cum ſuis aſſerunt) neutiquā datur.

II. Homo per peccatum, amiſit liberum arbitrium, quoad libertatem à culpa & miſeria; non autem quoad naturam.

III. Si Deus concurſum ſuum generalem ſubtraheret, potentia libera in ſua actione libera, non impediretur; nec ei violentia inferretur.

IV. Liberum arbitrium non eſt actus, nec habitus; ſed eſt potentia propria naturæ intellectualis.

V. Libertas eſt quidem in voluntate formaliter tanquā in ſubiecto proprio, proximo, & immediato; in intellectu tamen eſt radicaliter, tanquam in Cauſa.

CONCLVSIO II.

Liberum arbitrium eſt in DEO.

COROLLARIA.

I. In Deo, liberum arbitrium secundùm esse, est actus purus; quamuis secundùm nostrum intelligendi modum, sub aliqua indifferentia intelligatur.

II. Quamuis indifferentia priuatiua & passiua Deo repugnet; negatiua tamen & actiua non repugnat.

III. Deus, respectu illorum, quæ non ex necessitate vult, liberum arbitrium habet.

IV. Etiam secundùm Aristotelem Deus habet liberum arbitrium.

V. Christus Dominus habuit liberum arbitrium, in obediendo præcepto moriendi, pro salute hominum.

CONCLVSIO III.

Liberum arbitrium non tantùm est in Angelis & Beatis; sed etiam in dæmonibus ac damnatis.

COROLLARIA.

I. Liberũ arbitriũ nobiliori modo est in Angelis Superioribus, sicut & iudiciũ intellectûs, quã in inferioribus.

II. Quamuis Angeli & Beati iam adepti sunt finem, tamen habent electionem.

III. Obstinatio in dæmonibus prouenit partim ex Causa intrinseca, partim ex Causa extrinseca.

IV. In damnatis hominibus, causa obstinationis est solùm extrinseca, quæ prouenit ex Statu damnationis, vbi sunt, & vbi Statûs sui miseriam apprehendunt, absq; vlla spe euadendi pœnas æternas.

V. Obstinatio ad malum, tollit indifferentiam ad bonum, & ad malum; & tantùm relinquit indifferentiam ad diuersa mala, in ordine ad malum finem.

CONCLVSIO IV.

Liberum arbitrium semper stat illæsum cum efficacia gratiæ Diuinæ.

C O R O L L A R I A.

I. Efficacia gratiæ non consistit adæquatè in hoc, quod ei liberum arbitrium cooperetur, nec potest dici prædeterminatio moralis voluntatis ad consensum, sed est inspiratio interna ad hoc, vt velit & operetur bonum.

II. Gratia efficax non solùm præstat, vt voluntas possit velle & operari; sed etiam efficit, vt re ipsâ velit & operetur, idq; infallibiliter.

III. Liberũ arbitrium Creatũ, auxilium efficax Diuinæ gratiæ nunquam abijcit, neq; resistit illi, aut dissentit.

IV. Molina negans gratiam quæ sit ex se efficax, & vt à Deo venit, sed solùm admittens gratiam sufficientem, quæ à nobis, seu à cooperatione nostri liberi arbitrij redditur efficax, vel inefficax, non est audiendus.

V. Quomodo gratia inuictissimè, & voluntas liberrimè operans, secum conuenire possint; & quæ sit illa Diuinæ gratiæ virtus adeò mirabilis, quæ sine vlla læsione libertatis, effectum suum infallibiliter sortiatur; solus Deus qui hoc effecit, nouit.



SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS,

Magnifici, Perillustris & Reuerendissimi Domini,

D. M. IACOBI BALTAZAROWIC,

S. Th: Professoris, Collegæ Maioris, Ecclesiarum Cathedralis Cracouień CANONICI, SS. Omnium & Prosouiensis PRÆPOSITI,

Contubernij Staringeliani PROVISORIS,

Studij ALMÆ VNIVERSITATIS Crac: Generalis & Vigilantissimi

R E C T O R I S.